




# Disputatio juridica inauguralis de foro competenti

<https://hdl.handle.net/1874/345770>



Miscellanea Doctrina


Quarto ~~2~~ n° 192


1. Verhoeven, J. De foro competenti.
2. Poepae. T. de. De angina vera.
3. Galenus I. De Ileo, seu Iliaca passione.
4. Siebeda, P. De leucophlegmatia.
5. Nottelmann, B. A. De melancholia.
6. Vlaesken, J. De pachis iunctis emporiorum et venditorum compositis.
7. Voorst, L. van. De hereditatis partitione.
8. Wys, S. J. de. De signoribus et hypothecis.
9. Ibeicop, H. De fententiis.
10. Dieu, L. de. De angina.
11. Overcamp, J. De synpanikide.
12. Kerkens, G. De icterio.
13. Lepic, O. De hydrope anasarca.
14. Neurenbergh, J. à. Ad legem Rhodium de jactu.
15. Windhausen, J. J. De gangraena et phacelo.
16. Schiffart, H. von. De icterio.
17. Rocamora, J. de. De diabete.
18. Prompler, G. H. De febre quartana intermitente.
19. Brökelman, J. A. De stratagematibus bellicis et forensibus.
20. Horst, R. van der. De embione et venditione.
21. Borman, N. De testibus.
22. Lipstorff, H. De venaectionis usu et abuso.
23. Snuelen, J. C. van der. Ad legem Julianam maiestatis.
24. Clotherbooke, C. De publiciana in rem actione.


- (25) Teutsch, H. <sup>Hong</sup> De tincturis Martialis.
26. Suchland, T. F. De paralyse metallariorum.
27. Os, M. van. Ad legem Julianam majestatis.
28. Monk, P. De nuptiis.
29. Suchelen, J. à De repudie et divorciis.
30. Christiani, D. De momentis temporum periculosis.
31. Goor, J. G. à. De muro communio.
32. Leeuwen, A. à. De dysenteria.
33. Warmvliet, W. G. van. De inventario praeditario.
34. Felborgh, N. De dominationis iure.
35. Althusius, J. Ad leg. ccvii de Reg. Jur. Antiq.
36. Buller, H. G. Positiones juridicae.
37. Wiermann, A. De suppressione mensium.
38. Borgesius, G. De auditu.
39. Canters, H. De saliva.
40. Vastrick, A. De usufructu.
41. Struyckman, G. De melancholia Hypochondriaca.
42. Eyll, Th. van. De emptione venditione.
43. Scheuecker, J. J. De furdo auctiente.
44. Pronck, G. De rei vindicatione.
45. Richards, D. De asopalesia.
46. Amersfoort, J. De hysterica passione.
47. Sildebrandt, A. De beneficio excussionis.
48. Buller, H. Decadem quaestionum juris civilis ad Statuarium Ius Hamburgense.
49. Mekenboult, N. De subelis.


50. Foyert, J. B. De donationibus.
51. Liebergen, D. van. De senatusconsulto Vellejano.
52. Dovener von, J. Disp. exhibens, Statuum de monetariorum pro existentia dei.
53. Eck, H. van. De arbitris compromissariis.

1603









DISPUTATIO JURIDICA  
IN AVGVSTALIS,  
D E

# FORO COMPETENTI,

Q U A M,  
AUSPICE DEO OPT. MAX.  
*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

## M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicus consensu, & Nobilissima  
Facultatis JURIDICÆ Decretò,*

### PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum Examini subjicit*

JOHANNES VERHOEVEN, Isulstadiensis.

*Ad diem 20. Martii, horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc Ioc xciii.



DEO OPT. MAX.

PATRIÆ PATRIBUS

*Amicis conjunctissimis*

NEC NON

JURISPRUDENTIÆ

CULTORIBUS

S A C R U M.

JOHAN. VERHOEVEN.

# DISPUTATIO JURIDICA

## INAUGURALIS,

D E

# FORO COMPETENTI.



*Vm a naturā ita inter mortales  
sit comparatum , ut multæ lites,  
per plurimaque dissidia inter eos  
orientur , juxta illud poëtæ ,*

*Non sacer a genero , non hospes  
ab hospite tutus*

*nullum præstantius potuit huic malo adinveniri re-  
medium , quam ut a dissentientibus , unus pluresve  
eligerentur , quibus & quæstiones proponerent , &  
quorum decisionibus acquiescerent , quod usu ita in-  
valuit , ut nulla non gens moratior , tales sibi ele-  
gerit , quorum judicio auctoritate publicâ , omnia  
essent dijudicanda , inde procul dubio judices di-  
cti , potestas vero eorundem circa quæstiones deci-  
endas , ratione litigantium , forum dictum fuit ,  
de quo , pro ingenii nostri , ( quod per quam exi-  
guum sentimus ) facultatibus pauca proponere , ani-  
mum induximus , ne autem illotis manibus mate-  
riam banc , ( jure Civili , moribusque usitatisfi-  
mam ) aggredi videamur , fori originem & homo-  
nymiam paucis præmittemus .*

## 4 DISPUTATIO I JURIDICA

## THESSALIA



Uidam dictum volunt forum a fando seu loquendo , unde forum loquax alibi dici , legimus , sed rectius , a ferendo quod Varro scribit lib. iv. de Lingua Latina , quia eum in locum litigantes causas suas deferunt , uti mercatores res venales in forum . Quod ad vocis homonymiam , variè id sumi legimus , aliquando pro negotiationis loco , vocaturque græco verbo *ἱπνίεων* , id est oppidum , vel alio quolibet loco , quod mercatores , mercaturæ causâ , convenire solent Sallust. in Jugurth. erat , haud longè ab eo itinere , quo Metellus pergebat oppidum Numidarum , nomine vacca , forum rerum venalium &c. 2. Forum , exercendorum Judiciorum locum , designat , ut Virg. lib. 5. Æneid.

## Indicique forum &amp;c.

3. Eum locum , in quo magistratus jus terrendi habet & in facinorosos animadvertere potest l. 239. §. 8. ff. de verb. signif. , denique locum , in quo reus habet domicilium . Atque ex his haud difficulter colligi potest , quot personæ ad constituendum forum requirantur , tales sunt judex , actor & reus , judex est , qui de causâ cognoscere potest l. 14. C. de judic. actor est qui provocat reum in jus , reus est is , cum quo in Judicio agitur §. 3. Inst. de perpet. & tempor. att. l. 3. ff. de probat. & præsumpt. l. 5. & seq. C. de edendo , forum competens est ratione judicis , quando judici concessa est facultas de tali causa cognoscendi & judicandi , ratione rei , est ille locus , cui reus immediate est subjectus , & in quo necessario ab actore est convenientius.

## I. I.

Notissima est de foro regula , actor sequitur forum rei l. 3. C. ubi in rem att. l. 2. C. de jurisd. Reus tribus modis for- titur

# I N A U G U R A L I S. 5

titur forum , loco domicili , loco contractus , ( cuius appellatione etiam veniunt delicta l. 5. princ. C. de jurisd. l. 15. ff. de donat. l. 20. ff. de judic. l. fin. ff. de accus.) & loco rei sitæ. Triplici modo acquiritur domicilium , vel ex republicâ, Origine , vel suâ cuique voluntate. Respublica tribuit omnibus Civibus domicilium in urbe Româ , quæ communis omnium patria est l. 33. ff. ad municip. l. 6. §. 11. ff. de excus. tut. Ideoque omnes qui Romæ inventi essent , ibi conveniri poterant , seque ibi defendere cogebantur , nisi habeant specialem rationem juris revocandi domum , tales primo sunt legati , hoc adeo verum , ut , licet Romæ contraxerint , dummodo ante legationem contraxerunt , non compellantur Romæ se defendere , quandiu legationis causâ ibi morantur l. 2. §. 4. ff. de judic. l. 8. ff. eodem , deinde illi etiam qui testimonii causâ evocati sunt , vel qui , quid judicandi causâ , arcesciti sunt , denique illi , qui ut rationem tutelæ suæ reddant , vel restitutionis causâ in integrum , Romam venerunt l. 2. §. 3. ff. de judic. l. 8. l. 24. , 25. , 26. , 27. , 28. , 36. §. 1. l. 39. §. 1. ff. eod.

## I I I.

Domicilium constituitur origine , eo in loco , ubi quis aut natus est , aut ubi parentes habitant , dummodo pater ibi habiter , vel domicilium habeat , unde quis dicitur Italus , qui natus est a parentibus Italis , licet in aliâ provinçia habitat l. 1. §. 2. l. 6. in pr. & §. 1. ff. ad municip. & licet foro mutaverit & alibi suas ædes fixerit , in loco tamen originis , si ibi sit , conveniri potest l. 29. ff. ad municip. l. pen. C. de incolis. Sua cuique voluntas tribuit quoque domicilium in eo loco , ubi quis larem , fortunarum , rerumque suarum summam constituit , & ubi quis sedes habet , unde non sit decessurus , si nihil avocet , l. 7. C. de incolis l. 5. C. eod. & ibi regulariter unusquisque est convenientius l. 2. C. de jurisd. quid autem juris sit , si duo aut plura domicilia in diversis locis quis habuerit , iisque ita sit instructus , ut neque hic neque illic minus moretur , destinati animi existi-

## 6 DISPUTATIO JURIDICA

matione dijudicandum est, ubi Domicilium habuerit *l. 27.*  
*§. 2. ff. ad municip.* coque casu sufficere in praxi receptum  
est, ut ibi conveniatur, ubi tempore citationis cum fami-  
lia degit arg. *l. 4. & 203. ff. de verb. signif.* ut testatur *Simon*  
*a Leeuwen in Censurâ Forens. cap. XII. §. 5.* Si vero quis non  
habeat domicilium, ut si quis naviget cum fortunis rebus-  
que suis, relicto domicilio, & ignoratur ubinam sedes suas  
constituar, potest ut vagabundus conveniri ubique, ubi  
reperitur *d. l. 27. §. 2. ff. ad municip.*

### I V.

Quoniam ibi quis domicilium habet, ubi quis lares con-  
stituit, dubitari merito posset, ubi nam studiosi sint con-  
veniendi, dicendum putamus, eo in loco, ubi parentes  
habitant, quippe hi domicilium ibi non habent, ubi stu-  
diorum causa morantur & idecirco ibi conveniri nequeunt.  
*l. 2. C. de incol.* nisi deliquerint ibi, ubi habitant *l. 1. C. ubi*  
*de Crimin. agi oporteat* aut ibi contraxerint *l. 2. §. 4. l. 19. §. 1.*  
*ff. de judic.* Hodie autem studiosus potest conveniri ibi ubi  
studet, modo vocetur coram rectore magnifico *Amb. habi-*  
*ta C. ne filius pro patre* quippe vocatus coram urbis senatu  
merito fori incompetentis exceptionem objicere posset *d.*  
*Amb.*

### V.

Sed de hac *Amb.* grandis quæstio inter DD. est agitata,  
de quâ hactenus non satis convenit inter eos: sunt perplu-  
rimi qui existimant studiosis hanc fori præscriptionem tam  
in civilibus quam in criminalibus esse concessam, contra  
vero plures arbitrantur privilegium fori in civilibus dun-  
taxat causis studiosis esse indulatum *dicit. bac amb.* quorum  
sententia mihi verior videtur, quis enim sibi persuadere pos-  
set, Fredericum tantam rem tam frigidè dicturum fuisse,  
ut ne verbulo quidem meri Imperii faceret mentionem,

impri-

imprimis cum gladii potestas legem specialem desideret, nec contineatur generali ac indefinitâ oratione, quippe nemo de crimine cognoscere potest, cui id non speciali lege concessum est arg. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. l. 6. ff. de Pign. & hypoth. l. ult. ff. de suppell. legat. l. 2. §. 1. l. cum fundus 21. ff. de instrut. vel instrum. legat. accedit hoc quoque quod Fredericus eum causâ cadere vult, qui studiosum ad judicem non suum traxerit, id autem actioni quidem, non accusationi quadrat: atqui dissent. dicunt, beneficia principum latissimè sunt interpretanda, hoc fatemur hactenus, nisi aut verbis principis vis inferatur, aut fiat aliquid contra ejus sententiam.

## VII.

Mulieres quoque per nuptias transeunt in forum & domicilium maritorum, licet privilegiata habeant fora l. 65. ff. de judic. Viduae quoque mariti sui forum retinent tamdiu donec alii nuperint l. 22. §. 1. ff. ad municip. d. l. 65. , hoc autem quod diximus non obtinet in sponsâ l. 32. ff. ad municip. Relegati unde relegati sunt, & quo relegati sunt, possunt conveniri l. 22. §. 3. ff. ad municip. l. 27. §. ult. ff. eod. de deportatis hoc dicendum, quod nullum habeant forum, quoniam sunt civiliter mortui, & jura civitatis amiserunt l. 4. §. 2. ff. de bon. libert. l. 7. §. ult. ff. de capite minutis. Idem quoque obtinet in servis, quandoquidem pro nullis habentur l. 32. ff. de reg. iur. & cum his nulla est actio. l. 107. ff. eod. imo quadrupedibus comparantur l. 2. §. 2. ff. ad legem Aquiliam.

## VIII.

Citra domicilium reus quoque sortitur forum ex loco contractus, nam ubi quis contraxit, ibi conveniri debet regulariter l. 2. §. 4. l. 36. & l. 19. §. 1. ff. de judic. Cæterum per locum contractus, non semper tantum is est intelligendus,

## 8 DISPUTATIO JURIDICA I

gendus, in quo contractus est initus, sed is, quem contrahentes respexerunt l. 21. ff. de obl. & act. l. 3. ff. de reb. aut. judic. possid. l. 19. §. fin. ff. de judic. quod paulo ante dictum, in loco in quo contractus est initus ibi debere conveniri reum, hoc tali modo est accipiendum, scilicet si debitor ibi reperiatur d. l. 19. in pr. ff. de judic. Si vero ibi non reperiatur, actor a magistratu istius loci non est remittendus, ad domicilium rei, ratio hæc est, quia remissio tantum habet locum in criminalibus l. 7. §. fin. ff. de accus. Sed eo casu poena in legibus statuitur, ut bona sua ibidem possideri patiatur. d. l. 19. §. 1. ff. de judic. l. 2. ff. ex quib. caus. in possef. bon. eas. l. 19. ff. de in jus vocando.

## V. I I I.

Secundum ea quæ diximus, quis potest ex delicto conveniri eo in loco, ubi delictum est admissum l. 7. §. ult. ff. de accus. vel ubicumque reus reperitur l. 1. C. ub. de Crimin. l. 11. princip. ff. de Custod. & exhibit. reorum. hinc tritissima regula, ubi te invenio te punio, & hoc adeo verum, ut nec legatus Romæ delinquens revocare domum, nec clarissimi delinquentes fori exceptione uti possint l. 24. §. 1. ff. de judic. l. 1. C. ubi Senat. vel clariss. confer. verba dict. l. 1. reos, ubicumque reperiantur, posse accusari, generaliter ac indefinitè sunt intelligenda, non solum de eo qui vagatur, sed & de eo qui certum habet domicilium l. 3. & 13. ff. de offic. pref. & deinde utilitas publica, & disciplinæ publicæ vigor sotentem ejus foro subjicit in quo reperitur l. 9. §. 5. ff. de public. & rectigal. d. l. 3. & 13. ff. de offic. pref.

## I X.

Sed quæri hic posset an ad judicem ejus loci, in quo crimen est admissum, petentem ut ad se remittatur, necessario reus sit remittendus, & veriorem putamus esse affirmativam sententiam, quia æquum videtur ut ibi extet exemplum.

exemplum poenæ , ubi crimen est admissum *Anib. quā in provinciā C. ub. de Criminib. ratio est*, quia omnes provinciæ erant sub uno Imperatore. Si grande sit facinus , exemplum in eo statuatur loco ob terrorem aliorum *Anib. si ve-ro. C. ad. l. jul. de adult. l. 28. §. pen. ff. de pœn. o probatur quoque nostra sententia l. 7. l. 11. ff. de Custod. & exhib. reor. l. 7. §. 4. & 5. ff. de accus. Nov. 134. cap. 5.* Moribus nostris remissiones non sunt necessitatis sed humanitatis , quia singulæ provinciæ reguntur a diversis magistratibus , fitque per literas requisitoriales , quibus judex , petens remissionem , promittit hac remissione se Jurisdictioni remittentis nihil iri detractum , *Gudel. lib. 4. cap. 2. Sande lib. 1. tit. 2.*

## X.

Dubitari posset , quid juris sit , si in confinio crimen sit admissum , & utriusque territorii judex de cognitione contendat cuius foro subjiciatur reus , existimant quidam , illius , in quo caput jacuit , quia caput est principalis corporis humani pars. *l. 44. ff. de relig. & sumpi. sur.* , alii vero illius , cuius territorium fuerit ingressus , nobis autem illorum sententia magis placet , qui putant , utriusque foro subjici , & locum esse præventioni. Sivero in alterius territorio facinus sit inchoatum , in alterius consummatum , puta si hic falsum instrumentum fuerit scriptum , in alio autem loco produc-tum , hoc in casu putamus , utriusque fori Judicem animad-vertere posse , non enim falsi duntaxat tenetur , qui recitat , sed & qui scribit , qui signat , sciens , dolo malo falsum instrumentum *l. 2. l. 1. §. 4. l. 9. §. pœna ff. ad l. Corn. de falf.* ita tamen ut ille præferatur , qui adversarium prævenerit , nihil autem interest an illa præventio fiat per apprehensionem , qua<sup>t</sup> tutor est , an per citationem , arg. *l. 7. ff. de ju-dic. l. ult. C. de ius vocando.*

## B.

## XI. Ter-

## 20 DISPUTATIO JURIDICA I

**XI.** Tertius modus constituendi forum est locus rei sitæ, quippe eo in loco, contra eum, cum quo de possessione vel proprietate ejus experimur, agere possumus, quamvis ibi nec domicilium habeat, nec contraxerit, nec deliquerit *l. fin. C. ubi in rem actio l. un. C. ubi de possess. l. un. C. ubi de hered.* Nihil interest an actio sit universalis an particularis *l. 50. ff. de judic.* Occurrit hic nobis jam quaestio excutienda, saepissimè inter DD. debellata, an actio in rem tantum in loco rei sitæ, an vero etiam in loco domicilii possit institui, putamus actionem realem & posse institui in loco rei sitæ & in loco domicilii, probatur hoc per textus non obscuros *l. 3. C. ubi in rem actio l. 19. §. fin. ff. de judic. l. 7. C. de hæreditatis petit. l. 10. ff. de rei vindic. l. 38. ff. de judic.* ratio est hæc, quia domicilium est forum generale, & habet locum in omnibus causis. Moribus hodiernis in loco rei sitæ maximè actio realis est instituenda *Gudel. lib. 4. de jure novissimo cap. 2. Sande de feud. Gelria tract. 3. i. §. 1.* Non autem solum instituitur adversus possessorem haec actio, verum etiam adversus eum, qui nomine possessoris est in possessione, puta adversus colonum, inquilinum, commodatarium, *l. 9. ff. de rei vindic. l. 3. & 2. C. ubi in rem actio,* qui conventus item suscipere non tenetur, sed, nominando auctorem suum, liberatur *dicit. l. 2. C. Wissemb. ad iii. ff. de judic. lib. 22.*

Hæc omnia quæ hactenus dicta sunt procedunt, nisi privilegatum forum aliquibus sit concessum concediturque vel ratione causarum vel personarum, ratione causarum privilegatum forum habent causæ ecclesiasticæ, ut sunt matrimoniales, decimarum &c. quippe hæc debent cognosci coram episcopo in *Can. 3. extra de judic.* Causæ statutus

## I N A U G U R A T I O N I S . II

tus sunt, in eo loco, ubi de statu queritur, expediendae  
l. un. C. ub. Causa status Causae fiscales coram procuratore  
Cæsaris, ejusque rationali, disceptantur l. 1, 2, 3, 5. C. ubi Caus.  
fisc. res feudales, in feudis regalibus, & iis quæ ad ea per-  
tinent, solus cognoscit Imperator cap. unic. apud quem vel  
quos Contriv. ferd. defin. in feudis non regalibus inter do-  
minum & vasallum, pares curiæ judices sunt legitimi cap.  
un. de alienat. ferd. & cap. un. de prohib. feud. alienat. Pares  
curiæ dicuntur vasalli qui ab eodem domino feudum re-  
cognoscunt cap. 1. in pr. si de investit. dom. cap. 1. §. quod autem  
de consuetud. rel. feud. si inter vasallos lis oriatur ipse domi-  
nus judex erit competens cap. 1. §. præterea de prohib. feud.  
alien.

## X III.

Respectu conditionis personarum privilegiatum forum  
habent Senatores nec non clarissimi viri r. r. C. ub. Senat. vel  
Clariss. in Criminibus autem & provinceis nullum habent pri-  
vilegium dict. ut. Caeterum viduæ, pupilli, aliaeque misera-  
biles personæ, possunt in prima instantiâ vocare adversarios  
suos coram comitatu principis & ipsæ non tenentur sequi,  
si provocentur, ex Constitutione Constantini in l. un. C.  
quand. Imperat. inter pupill. & viduas fuis dicit. Sunt qui putant,  
nomine viduarum venire illas quæ nunquam nuptæ sunt arg.  
l. 242. §. 3. ff. de verb. signif. Sed minus caute, quum propriè  
loquendo vidua sit ea, cuius maritus obiit, quæ JCti sen-  
tentia generalis ad specialem casum, de quo agitur in dictâ  
Constantini constitutione, referri non potest, quum enim  
ibi actum fuerit de pupillis tutores non habentibus, qui que  
se defendere non poterant, iisque viduæ comparentur, con-  
sequens est, viduas ibi in propriâ significacione sumi, pro iis,  
quæ maritis orbatæ, se ipsas defendere non poterant. Utrum  
autem hæ privilegiatae personæ contra alias æque privilegia-  
tas utantur privilegio DD. disputant, negantium verior  
est, quoniam in jure receptum, quod privilegiatus contra pri-  
vile-

vilegiatum non utatur privilegio arg. l. 3. §. fin; ff. de min.  
l. 8. ff. de excus. in re. C. de re milit. C. de re milit. C. de re milit.  
C. de re milit. C. de re milit. C. de re milit. C. de re milit.

## X V.

Quod attinet ad forum militum, his ob remunerationem  
excubiarum, & communem exercitus utilitatem, inter alia  
privilegia hoc beneficium est concessum, ut nullubi conveni-  
niri queant, quam coram magisteria potestate vulgo den.  
*Krijgsraad l. 6. C. de jurisd. omn. judic. l. 6. ff. de re milit. l. un. C.*  
*in quib. caus. milit. hac ratione, ne facile à militia abstraherentur,*  
nihil interest an sint causae civiles an criminales, scilicet si sit militare delictum, ut puta desertio agminis &c.  
non si sit commune, quippe tum coram iis recte possunt  
conveniri, in quorum territorio tale delictum est commis-  
sum, nam in *l. 3. ff. de re milit. Divi Severus & Antoninus rescri-  
psierunt, militem si quid gravius admiserit, ibi poena plecti debere,  
ubi facinus admissum est.* Idem quoque dicitur *l. ult. ff. de accusat.*  
*l. 2. ff. de re milit. ne quis autem existimet ab hoc jure novis  
constitutionibus recessum esse, tenendum est ex constitutio-*  
*ne Theod. & Valent. tit. C. in quib. caus. mil. for. prescript. uti non  
poss. privari privilegio eos qui in provinciâ negotiati sunt, si  
negotiântibus interdicitur privilegio sui fori uti, ergo &  
multo magis delinquentibus, ne autem diutius animi pen-  
deamus, omnem dubitandi scrupulum adimit Justinianus  
*Nov. 8. c. 12. ibi satis clarè Imperator adimit iis fori præscrip-*  
*tionem. Moribus, in Communibus delictis sive quando ex  
civili causa sive quando ex criminali agatur, coram Hollan-  
diæ curiâ, primâ instantiâ, vocari possunt & debent ex placit.*  
*Holland. ord. 29. April 1589 nisi per præventionem in flagranti  
delicto, quis fuerit apprehensus, quod judicatum refert**

## X V.

- *Groenew. de ll. alrog. ad l. 6. C. de jurisd. tidi erub. he  
maru. C. de re milit. C. de re milit. C. de re milit. C. de re milit.*  
- *Explicis modis, quibus forum constituitur, superest,*

ut

ut, quibus modis, forum incompetens fiat competens in  
eā causā, de quā agitur, paucis exequamur, idque potissimum fit per prorogatam Jurisdictionem, quando partes se  
sponte subjiciunt isti Judici l. 1. & 2. ff. de judic. Hæc pro-  
rogatio fit vel ex parte actoris vel rei, ex parte actoris,  
quando ille judicem incompetentem agnoscit, hinc tritissima illa regula, quem quis cognovit in conventione, cum  
in reconventione cognoscere tenetur l. 22. ff. de judic. l. 14.  
& Auct. seq. C. de sent. & interloc. ex parte rei, quando reus  
vocatus ad incompetentem Judicem respondet intentioni  
actoris, omissa fori exceptione, atque ita litem contestatur,  
l. 52. ff. de judic. Jurisdictio prorogasse dicitur in talem Judi-  
cem incompetentem, penes quem est jurisdictione l. 14.  
l. 15. l. 18. ff. de jurisd. non enim subjectio litigantium tribuit  
ei Jurisdictionem, qui nulli praestitit Judicio, nec consensus  
solus litigantium potest cum constitui Judicem d. l. 1. &  
l. 3. C. de jurisd. Cujac. de paratis. ad eund. tit.

## X V I.

Controvertitur, quando convenerit de causā Judici, qui  
Judicio praestitit, subjiciendā vel prorogandā, an ab hac con-  
ventione, suscepto nondum negotio, liceat recedere, af-  
firmat hoc Jurisconsultus Africanus l. 18. ff. de Jurisd. Cujac.  
tract. 7. ad Africanum Duarenus ad tit. de Jurisd. cap. 6.

## X V I I.

Prorogationi valde affinis est renuntiatio, non modo illa  
specialis, quā quis certo foro renuntiat, sed & ista generalis  
cum debitor aliquis scribit se soluturum pecuniam, ubicum-  
que repertus fuerit, quo casu, ubique locorum conveniri  
potest l. pen. C. de pact. l. Contraxisse 21. ff. de obl. & att. sed  
etsi pactio & renuntiatio nulla fuerit, si tamen reus ad in-  
competentem Judicem vocatus ante litem contestaram non  
opponit fori incompetentis exceptionem, forum agnoscere

sibi competens videtur l. 30. ff. de *Judic.* l. pen. ff. de *Jurisd.* l. 4.  
*C. eod.* l. 1. *C. ubi de Crimin.* modo, sciens incompetentem,  
 id fecerit, non per errorem aut ignorans arg. *tut.* *C. si a non*  
*compet. Jud. Cujac. in parat. ad eundem titul.*

## X V I I I.

Etiamsi singulis controversiis singulæ actiones, unusque  
 Judicati finis sufficient l. 6. ff. de *except. rei Judic.* Sæpe tamen  
 plures causæ apud eundem Judicem in uno auditorio sunt  
 terminandæ ob diversitatem Jurisdictionis, & fori consor-  
 tium litigantium l. 1. & 2. ff. de *quib. reb. ad eund. Jud. eat.* ob  
 connexionem & affinitatem rerum l. 10. *C. de judic.* vel ob mu-  
 tuam petitionem seu reconventionem l. 11. §. 1. ff. de *Jurisd.*  
 Continentia causæ est coherentia controversiarum propter  
 quarum initium non possunt separari, ut est Judicium pos-  
 sessorum & petitorum l. 35. ff. de *acquir. possess.* Sic quoque  
 causæ in Judicio familiæ erciscundæ & communi dividundo  
 ita sunt connexæ, ut coram eodem Judice peragi debeant,  
 quia ad eandem determinationem tendunt scilicet ut divisio  
 fiat l. 1. & 2. ff. de *quib. reb. ad eund. Jud.* Ex consortio litis fo-  
 rum competens constituitur, scilicet si inter hæredes plures  
 sit pupillus vel vidua, eo casu omnes hæredes propter pri-  
 vilegium pupilli & viduæ, si actionem contra tertium insti-  
 tuant, qui tertius ad superiorem Judicem vocari aliter non  
 posset, nisi hæc privilegiatae personæ sint consortes litis,  
 possunt primâ instantia vocari ad supremum judicem l. un. *C.*  
*quand. imper. inter pap. & vid. jus dic.*

## X I X.

Effectus jam illorum, quæ diximus, hic est, ut judex  
 jam competens factus, debeat utriusque litigantis causas  
 audire, & secundum acta & probata sententiam ferre, ut  
 tali modo finis liti imponatur, non autem contra conscienciam,  
 eo casu, quo acta & probata clara esse & prævale-  
 re

I N A U G U R A L I S. 15

re videntur, & tamen in Conscientiâ scit rem sese aliter habere, potest, ne polluat suam conscientiam, assumere personam testis, si plures sint judices, si autem plures non existant, remittere litigantes ad superiorem, nam personâ testis & judicis in una eademque causâ fungi nèquit.

.VI

COROLLARIA.

I.

*Querela inofficiosa testamenti est ipsa hereditatis petitio.*

II.

*In emptorem hereditatis transit jus accrescendi.*

III.

TRAESCHI ad RHENI,  
Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academia  
Typographi, id est scientiarum.

и з а т и д у а н и  
I I I.

*Qui Credidit ad reficiendam navem non  
habet legalem hypothecam.*

I. V.

Dos Profectitia redit ad patrem filia lib-  
beris relicis mortuâ.



to emphasize personalism fully in the  
case.